Jak Mieszko pojął za żonę Dąbrówkę - Tekst łaciński

At Mesco ducatum adeptus, ingenium animi coepit et vires corporis exercere, ac nationes per circuitum bello saepius atemptare. Adhuc tum in tanto gentilitatis errore involvebatur, quod sua consuetudine septem uxoribus abutebatur. Postremo unam christianissimam de Bohemia Dobravcam nomine in matrimonium requisivit. At illa ni pravam consuetudinem illam dimittat, seseque fieri christianum promittat, sibi nubere recusavit. Eo ergo collaudante, se usum illius paganismi dimissurum et fidei christianae sacramenta suscepturum, illa domina cum magno secularis et ecclesiasticae religionis apparatu Poloniam introivit, necdum tamen thoro sese maritali foederavit, donec ille paulatim consuetudinem christianitatis et religionem ecclesiastici oridinis diligenter contemplans, errori gentilium abnegavit seque gremio matris ecclesiae counivit. *Chronica et Annales Aevi Salici,* red. G.H. Pertz, Hanower 1851, t. 9, s. 427–428.